MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 71v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



fama beati uiri lacaret. potestas dei
lumine oculorum eum priuauit. At ille
adeo percussus. et humiliatus cecitatis
molestia. et reatus sui conscientia ce
pit torqueri: et quo hanc plagam
in confessorem xpi peccando meruisset
publica uoce confiteri. Et mirum in
modum quem priuis dentibus detractio
nis lacerabat: hunc modo laudibus
et preconijs usque ad sidera extollebat.
Conuersus itaque ad penitentiam celerem
consecutus est indulgentiam: et per in
tercessionem confessoris xpi denuo est
illuminatus: obcuius ultionem iusto
dei iudicio fuerat excecatus.

Simili modo cum in loco baben
bergensi ubi predictus confessor
tumulatus fuit. de canoni
zatione eius celebris fama haberet.
vir quidam religiosus de signis que per eum
fiebant cepit dubitare: et permuta
cionem exequiarum que in anniuer
sario eius celebrit fiebant intra se
metipsum. Qui mox oculorum caligi
ne adeo est plagatus. ut postea per con
fessorem xpi sanatus. quantum sanctitas eius
apud deum posset in curacione ipsius
expiret. Et mirandum est ualde quod
de sanctitate tanti uiri aliquis dubita
re potuerit. cum conuersationis sanctitatem.
castitatis integritatem. elemosinarum
largitatem. humilitatis custodiam.
et omnia opera iusticie usque in finem uite
sue cum deuocione summa seruauit.
Sed sicut scriptum est. nemo propheta
acceptus est in patria sua. Vir ergo pre
dictus defectu luminis grauatus
confugit ad patrocinia sanctorum. deprecans
ut per eorum suffragia sanitas sibi re
stitueret oculorum. Et cum ex dolore et

Euldus Iuly

labore. et assidua ueniarum incurua
cione fatigatus fuisset. lassatum corpus
somno reparauit. Cui dormienti
sanctus wolfgangus eo quod eum familia
rem in oracionibus suis habuit apparuit.
et ait ei. Ora confessorem xpi hen
ricum et liberabit te: quia quod eius
sanctitati derogasti. id circo hec plaga
cecitatis uenit super te. Post hanc
uisionem expergefactus. ex conscientia
delicti sui intremuit. et ad tumbam
xpi confessoris concito gradu. et
deuota mente properauit. et procumbens
terre a confessore xpi lacrimis et pre
cibus suis excessibus ueniam po
stulauit. Qui statim exauditus. et pri
stine sanitati restitutus. gratiarum actio
nes deo et sancto henrico retulit: et mag
nalia dei que circa ipsum deus fece
rat religiosis uiris qui nobis retulere

Caueant ergo ipse enarrauit.
habitatores seculi domesticis
dei et ciuibus sanctorum detrahere:
quia necesse est eos hic et in eternum
perire. qui sanctorum bonis operibus solent
obloqui et inuidere. Quamuis ergo
nunc tempora miraculorum non sint. signa
enim debent non fidelibus sed infidelibus
tamen cum aliqua nobis preter solitum cursum
ordinemque nature eueniunt. omni
ueneracione amplectenda sunt: quatinus
et ipse qui mirabilis est in sanctis suis
honoretur. et tarditas nostra ad meliora
quoque tantis uirtutibus accedat. prestante d.

In i. xpo. Q. c. d. p. et ss. v. et r. c.

Sanctorum Plogus in passionem
singule passiones. Sancte Mar
nichil aliud sunt quam in
structiones xpianitatis
uite. Corroborant enim animam et p